UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LII. Des Bischofes Johann von Lebus Bestätigung und Ablaßverschreibung für die Frohleichnamsbrüderschaft in Müncheberg, vom 27. April 1446.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55508

Visual Library

LI. Kurfürſt Friedrich verleiht an Hans und Nickel Glüſſer das Stadtgericht und den Zoll zu Müncheberg, ausgenommen das Leibgeding, welches die Wittwe des kurfürſtlichen Drommeters Hans an dem Zolle beſitzt, am 12. November 1441.

Wir fridrich, von gots gnaden Marggraff zu Brandenborg etc. vnd Burggraff czu Nuremberg, Bekennen offenlichen mit dieſem briff vor allermeniglich, das wir vnſerm liben getruwen hanſen vnd Nickele, gebrudern, gnannt die Glüſſer, von beſunder gnade vnd auch getruwer dinſte wegen, die ſie vns ettlich czeit biſzher getan haben vnd noch wol hinfurder mer tun ſullen vnd mogen, vnſzer Stat gerichte In vnſzer ſtat Monchperg mit allen ſeinen czugehorungen, freiheiten vnd gerechtikeiten czu einem rechten manlehen geliehen haben, So denn daſſelbe gerichte an vns vnd vnnſzer herſchafft von vnnſerm lieben getruwen hannſe richter ſeligen todeshalben verſallen vnd komen iſt etc. Auch ſunderlichen ſo haben wir den genanten Gleuſzeren den ganczen czol in der obgenanten vnſzer Stat czu Monchperg In obingeſchribener maſſe czu einem rechten manlehen geliehen, denſelben czol, denn itczunnt halbes kriſtina, hanſes vnſes Trumeters Eliche hausfrawe, czu leipgedinge Innehat vnd gebruchet, vnd wenn der halbe czol von der genanten kriſtinen von todes halben wirdet verfallen vnd ledig werden, ſo ſollen ſie ſich des vnderwinden vnd, als gewonlich iſt, hinforder czu manlehen gebruchen vnd beſiczen. Vnd wir verleihen auch den obgenanten hanſe vnd Nickel gluſſer das genannte vnſzer gerichte vnnd den czol in vnnſzer ſtat Monchperg mit allen vnnd iglichen Iren czugehorungen, freiheiten vnd gerechtikeiten, als die denn von alder biſz her darczu gehoret haben, nichts vſzgenomen, czu einem rechten manlehen, in crafft diecz briſs etc. — Vnd geben In des czu einem Inwiſer vnſern lieben getruwen Clawſz Bernfelden. Czu einem orkunde mit vnſerm anhangenden Inſzigel verſigelt vnd geben czu Berlin, Nach Criſti vnnſers herrn geport virczehenhundert Jare vnd darnach Im ein vnd virczigſten Jare, am Sontage nach ſente Marteins tage, des heiligen Biſchoffs.

R. dominus per ſe et examinauit.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XX, 66.

LII. Des Biſchofes Johann von Lebus Beſtätigung und Ablaßverſchreibung für die Frohnleichnamsbrüderſchaft in Müncheberg, vom 27. April 1446.

In Nomine domini Amen. Ex iniuncto nobis officio paſtorali conſtringimur, vt ea que pro diuini cultus augmento ab hominum munificentia tribuuntur, ne in prophanos redeant vſus operoſo Solicitudinis ſtudio proſequamur. Ea propter nos Johannes, Dei gracia Epiſcopus Lubuczenſis, ad perpetuam rei memoriam ad omnium et ſingulorum tam preſentium quam eciam futurorum claram tenore preſencium proferimus noticiam, Quod prouidi et circumſpecti viri Claws Rudolfi, magiſter ciuium, Heyne Haſenfelde et Balthaſar Fuchs, conſules opidi Monche-

berg, nec non Vrban Zymmermann et Peter Hundirtmarg, Seniores ſeu Prouiſores Gulde ſiue Confraternitatis Miſſarum corporis Chriſti et Beatiſſime Marie Virginis noſtre Lubuczenſis Dioceſis et opidi predicti, diuino accenſi ardore ſollicite attendentes horam mortis eſſe incertam. Propter quod miſericordie operibus ipſam cupientes preuenire, de bonis ipſis a Domino Deo collatis, volentes in Gazophilacium Domini aliquid mittere hic in terris, quod multiplicato fructu recolligere valeant in celis, in ſuorum progenitorumque ſuorum ac ſucceſſorum remedium ſalutare Cenſus annuos duarum ſexagenarum groſſorum et Triginta ſex groſſorum monete Brandeborgenſis vſualium ſub titulo reemtionis comparatorum per eosdem ſuper certis bonis et locis, prout ex litera fundacionis ſuper dictis cenſibus confecta lucide patebit, quam hic pro inſerta habere volumus, nomine veri et legittimi teſtamenti in perpetuum valituri donatione irreuocabili, pro dote ad laudem Omnipotentis Dei, Beatiſſime Marie Virginis glorioſe et tocius curie celeſtis pro celebranda et ſollempniter cantanda Miſſa de Corpore Criſti, videlicet Cibauit omnibus quintis feriis, nec non pro augmentandis ſtipendiis Eccleſie Parrochialis Rectoris ſcholarum et cuſtodis ſiue familiaris, ac etiam pro ſuſtentacione Plebani in predicto opido Moncheberg Scholariumque inibi donauerunt, dederunt et liberaliter aſſignauerunt, prout ex litera pretacta deſuper confecta plenius vidimus contineri. Sic tamen quod plebanus nunc exiſtens nec non Succeſſores ipſius qualibet ſeptimana per circulum anni ad vnam Miſſam ſollempniter decantandam ſint imperpetuum asſtricti, ac alia cerimonia in litera fundationis luculenter expreſſa in euum deuote peragant. Fuitque nobis tam per dictum Magiſtrum ciuium, quam eciam ipſos Conſules et Seniores predicti opidi humiliter ſupplicatum, quatenus predictam donationem ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur huiusmodi eorum Supplicationibus tamquam juſtis et rationabilibus fauorabiliter inclinati, donationem prefatam ratam et gratam habentes, ipſam ex certa noſtra Sciencia ratificamus, approbamus et confirmamus. Dictos quoque cenſus prenominatos Plebano, Rectori Scholarum et Cuſtodi ſiue familiari dicte eccleſie Scholaribusque pro tempore exiſtentibus tamquam eccleſiaſticos ſub modis et condicionibus in litera fundacionis et hic preſcriptis, aſſcribimus, incorporamus vnimus et inviſceramus per preſentes. Decernentes ipſos cenſus eccleſiaſticos fore, omnique debere eccleſiaſtica libertate gaudere. Interponentes ipſis nichilominus auctoritatem noſtram ordinariam pariter et decretum. Volumus etiam Criſti fideles ad colendum omnipotentem Deum et ſuam paſſionem venerandam donis ſpiritualibus animare, ipſosque miſticis theſauris militantis eccleſie benediccionum muneribus cupientes preuenire, Omnibus vere penitentibus confeſſis et contritis, qui flexis genibus tres orationes dominicas cum totidem Salutationibus angelicis coram Altaribus in eccleſia parochiali predicta, ac in Capellis in dicto opido et extra muros exiſtentibus deuote perſoluerint, de quolibet Altarium, ſemel duntaxat in die, quadraginta dies, Eis eciam qui ſemel in die per Cimiterium circuitum fecerint, et quinque orationes dominicas cum totidem ſalutationibus angelicis aut Pſalmum de profundis pro fidelibus inibi et alibi ſepultis perſoluerint, ſimiliter quadraginta dies, Illis demum, qui cum pulſus pro pace mane et ſero factus fuerit, vnam orationem dominicam cum tribus ſalutacionibus angelicis pro pace et vnitate eccleſie dixerint, quadraginta dies, Hys vero, qui cum in Miſſis, cum cantatur aut legitur Gratias agamus Domino Deo, aut cum in Simbolo Apoſtolorum clauſula: ex Maria Virgine et homo factus eſt, decantata aut lecta fuerit, vnam orationem dominicam cum Salutatione angelica vel geniculauerint, quociens hoc fecerint, viginti dies, Eis etiam qui Miſſis de Corpore Chriſti in quintis feriis, et de Domina noſtra Sabbatinis diebus, ac in decantacione Anthiphonarum Melchiſedech, Salue Regina, Alma Redemptoris et Reſponſorii Diſcubuit Jheſus, interfuerint, cantauerint, aut alias ſeptem orationes dominicas cum totidem Salutationibus angelicis, ſub Miſſa de Corpore Criſti

in memoriam ſeptem horarum paſſionis Criſti, aut ſub miſſa de Domina totidem in memoriam ſeptem gaudiorum beate Virginis, aut ſub dictis Antiphonis et Reſponſorio vnam orationem dominicam cum quindecim ſalutationibus angelicis dixerint, de quolibet ipſorum quadraginta dies; Hiis eciam qui in ſextis feriis quando pulſatur exſpirauit dixerint flexis genibus quinque pater noſter et totidem Aue Maria ſimiliter quadraginta dies; Illis deinde qui coram Sacramento Corporis Chriſti Tres orationes dominicas et totidem angelicas ſalutationes flexis genibus perſolverint, aut ſacrum corpus Criſti cum in opido predicto infirmis in eorum habitaculis porrigitur, cum luminibus accenſis aut alias, aut ſacram vnccionem vel corpora tumulandorum ſecuti fuerint, ſeu pro fabrica campanis, luminibus, aut aliorum neceſſariorum dicte Eccleſie in Moncheberg comparatione manus adjutrices porrexerint, quociescunque, quando aut vbicumque premiſſa ſeu eorum aliquid deuote fecerint, de omnipotentis Dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus confiſi ſuffragiis, de quolibet premiſſorum, de Indulgenciis nobis a Deo datis quadraginta dies de injunctis eis penitentiis in Domino miſericorditer impartimur, et preſentibus relaxamus. Preterea Nos Johannes, Epiſcopus Lubuczenſis, ſupratactas Indulgencias alias quascunque, Eccleſie prelibate quomodolibet gratioſe conceſſas, auctoritate noſtra dyoceſana aſſumimus, roboramus, auctoriſamus et confirmamus hiis apicibus noſtris in fidem et teſtimonium premiſſorum deſuper confectis noſtroque majori Sigillo roboratis imperpetuum valituris. Data Lubus, feria quarta poſt Dominicam Quaſimodogeniti, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto.

Nach Gercken's Codex IV, 609 f.

LIII. Kurfürſt Friedrich verpfändet eine Hebung aus der Urbede zu Müncheberg an Nickel Rotz und Nickel Gleuſer, am 15. März 1448.

Wir friderich, von gots gnaden Marggraff zcu Brandenborg etc., Bekennen —, das wir vnſern liebin getruwen Nickil Rotz vnd Nickel Gleuſeren, Iren Erbin vnd Erbnemen zcu eynem rechten widderkauff vorkoufft vnd von beſundrer gunſt, gnad vnd dinſt, die ſie vns getrewlich gethan vnd furderer mehr oft thun ſullen vnde moghen, verſchriben haben, newn ſchock landeſzwerunge, ye VIII phenninge fur eynen groſchin czu rechen, In vnſrer orbete vnſir Stat Münchperck, alle Jar doſelbſt auff ſand walpurgen tage czu nemen vnd czu beczalen, dar fur ſie vns auch newinczig ſchogk an landeſzwerung, ye VIII phenning fur eynen groſchin zcu rechen, mit gereittem gelde aufzgericht vnd beczalt, die wir furder In vnſerer vnd vnſer herſchafft mercklich nutz vnd frommen gewant vnd gekeret haben. Wir vorkauffen ouch dem gnanten Nickil Rotz vnd nickil gleuſer In, iren Erben vnd Erbnemen ſulch vorgenant newn ſchock, In vnſer orbete zcu Munchperck vff ſant walpurgen tag auf zcu heben vnd zcu beczalen, In krafft vnd macht diſſes briues etc. — Geben zu Spandow, am fritage nach dem Sontage Judica, Nach gots gebortt vierczenhundert Jare vnd darnach Im achtvndevirczigiſten Jare.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XX, 182.